SVMMA

CONCILIORVM ET PONTIFICVM A PETRO

vſque ad Pium IIII. collecta per F. Barth. Carranzam Mirandam, ordinis Prædicatorum.

***

Adiecta ſunt etiam acta & canones generalis Concilij TRIDENTINI, *quæ anteà non habebantur,*

Cum Indice copioſiſſimo, magna ex parte iam recens locupletato.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LVGDVNI,

Apud hæredes Iacobi Iunctæ.

1568.

QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Canones Apoſtolorum.

Summa omnium Conciliorum, in qua hi Canones adiecti ſunt:

Canones ſextæ Synodi generalis.

Septima Synodus generalis, & canones eiuſdē.

Octaua Synodus generalis, & canones eiuſdē.

Canones concilij Epheſini generalis.

Decretalis Martini quinti & Calixi tertij de annui cenſus licita emptione & venditione explicatio.

Acta, & Canones concilij Tridentini generalis.

ADMODVM ILLVSTRI

& Preclaro Domino Diego Hurtado Mendozæ, apud Remp. Venetorum oratori, & in ſacroſancta ſynodo Tridentina Cæſareæ maieſtatis vicegerenti, F. Bartholomæus Carranza Miranda, Inſtituti S. Dominici,

S. D.

CVM mecum hiſce diebus voluerẽ, Diege, magnum & nobilitatis & ſtudiorum decus, & noſtræ laus Hiſpaniæ, quid mihi potiſſimum agendum foret dum Deus Optim. Maxim. viam aliquam oſtendit concilio futuro, ſiquando, nunc admodum neceſſario, in tantis eccleſiæ procellis, & vitæ malis, ſubiit animum relegere maiorum noſtrorum acta in cõciliis antiquioribus. Et puduit me, vt ingenue fatear, noſtorũ morum, expuere libuit in ſinum, ſubinde repetens, En à quãto culmine decidimus, en ſegnitiem, & oſcitantiam noſtram, en gentem à Chriſto & redẽptã, & factam rerum dominã. Vbi ille charitatis ardor?

FR. PETRVS SOTO MAIOR SCHOLA-ſticis Theologicæ Faculta-tis ſancti Gregorij in Valle Oletana,

S. P. D.

NON ambigo, Patres optimi, & literis, & morum probitate inſignes, quã probè noueritis omnes, noſtrum patrem Bartholomæum Mirãdem meũ iam olim, ſimul ac veſtrum præceptorẽ, cuius quidem vel animi erga vos propenſiſsimam beneuolentiam, vel in quotidianis ſacræ Theologiæ prælectionibus (dum ſtudet maximè vobis eſſe vſui) improbam ſolicitudinẽ, vel in veſtræ religionis augmẽtum flagrantiſsimã charitatẽ, omnibus vobis multis magniſq; argumentis eſſe perſpectam, haud me clàm eſt. Sed nunc hoc ipſum nouo quedã officij genere neutiquã vulgari pernoſcite. Cum enim animaduerteret veſtræ vtilitatis ſtudioſiſsimus maximã commoditatem & acceſsionem veſtris ſtudiis adiectã iri, ſi lectioni aſsiduæ diui Thomæ lectio ſimul conciliorũ eſſet adiuncta, quibus rebus integrum atque abſolutũ theologum æſtimare par eſt, nam vtrũque per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget, curauit diligentiſsime omnium conciliorũ, quæ hactenus apud